

Xb
466

A

M

Ex
tis

E

EPISTOLA

SECUNDA

AMICI ad AMICUM,

quâ

Memoriale, nomine Serenissi-
simo Anhaltino-Serveſtani

Principis, contra
Danos,

Excellentissimis DOMINIS Lega-
tis Mediatoribus Neomagi d. 22^o


Decembris, 1678. exhibitum,
oppugnatur & con-
vellitur.

Lubecâ Hagam-Comitum
perſcripta.



COSMOPOLLA

Nobilissime DOMINE.


 Emoriale Gottorpi-
 ensium Ablegatorum
 Neomagi degentium
 contra Danos, tuo
 ipsius instinctu, censoriâ à me
 notatum virgulâ, ante octi-
 duum ad Te rediisse, & unâ cum
 Epistolâ meâ, quâ id ipsum refu-
 tatur, bonâ fide Tibi redditum
 esse nullus dubito. Judicabis for-
 san, quâmpriûm legeris, me
 paulò in illos fuisse animosiorera,
 quàm fas erat, aut tu sperasses.
 Sed non muto factum, quando-
 quidem nihil potest neque inve-
 niri neque dici tam durum, quod
 hos Obtrectatores satis perstrin-
 gat, qui ut vespæ indignatæ a-
 culeos exerunt, & contra men-
 tem

4 EPISTOLA II. AMICI.

tem Principis ac Domini sui, quem hoc voluisse præsumi non debet, Coronato Capiti & toti Nationi, mirá audacia, omnia mala ingerere minimè erubescunt. Ne tamen justissimà hâc indignatione, à scopo meo in quem nunc collineo, dimovear, illa intermissâ, de altero isto Memoriali, quod Serenissimi Anhaltino - Servestani Principis nomine, itidem contra Danos, tam militem, quàm Regios Oldenburgi residentes Ministros, sed non nihil modestius conscriptum, & Excellentissimis DNIS. Legatis Mediatoribus, ibidem triduo post insinuatam fuit, quid sentiam, quia id quoque me rogasti, præsentibus hisce, Tibi exponere aggrediar. Singula vero,

rò,
fand
peri
to,
mar
ram
quæ
occi
stitu
illuc
xim
quic
alio
cura
fabo
si v
opp
rial
neo
pro
gat

rò, ne me alicujus non excu-
sandæ rerum necessariorum im-
peritiæ infimules, ex fundamen-
to, decidenda mihi non su-
mam, eorum enim quædam co-
ram judicio adhuc transigenda,
quædam ex Archivis deducenda
occurrunt, & his in præsens de-
stitutus, non video quâ ratione
illud præstare possim, etiamsi ma-
ximè vellem. Dum interim ali-
quid nanciscar, quo instructus,
alio tempore de his omnibus ac-
curatius tecum agere non recu-
sabo, uno verbo id quod res est,
si vis, Tibi expediam. Nempe,
opportuna quidem hoc Memo-
riali contineri, sed opportuno
neque loco neque tempore esse
proposita. Quare Danicæ Le-
gationis consilium, quo hujus

6. EPISTOLA II. AMICI.

farinæ controversias solo super-
cilio vindicare, nec ullo dignari
responso decrevit, mihi appri-
mè probatur. Quid utique priva-
torum gravaminum congeries,
quæ circa actum hospitandi mili-
tem, & collectas in ditionibus Im-
perii exigendi, consentiente Cæ-
sare, ac publicâ urgente necessita-
te, nec non circa indecisas de ve-
tigalibus, quæque ex hereditate
profectæ sunt lites, potissimum
versantur, cum amicabili istâ Pa-
cis Generalis tractatione, habet
commercii? Hæc autem pro-
priè ad illos tantum attinet, qui
sumtis armis, sese vel hostem,
vel alterius belligerantis Socium
aut fœderatum apertè declarave-
rint, ut inter se mutuò, non
secundum Acta & probata, sed
ex

ex a
tur,
qui
suam
conco
vel
rum
form
pler
Pace
bon
aut
tibu
cum
mit
C
pis
den
sim
ade
hisc

ex æquo & bono, reconcilien-
tur, & si qui Amici forte adsunt,
qui istâ occasione vel propriam
suam, vel Subditorum suorum
conditionem meliorem facere,
vel etiam antiquis Provincia-
rum institutis, veterem faciem
formamque reddi gestiunt, in
plerumque non nisi factâ jam
Pace, & intra certum tempus,
bonis Mediatorum, vel unius
aut alterius Partis intervenien-
tibus officiis, sed nullo prorsus
cum strepitu, ad inclusionem ad-
mitti solent.

Quæ ita se habere, quum lip-
pis adeò ac tonsoribus sit notum,
demiror equidem, quid Serenis-
simum Principem Anhaltinum
adegerit, quod cum creperis
hisce, & injuriarum imagine ini-

8 EPISTOLA II. AMICI

quisfimè exasperatis rebus, in
scenam illustrissimi hujus tot
Nationum theatri prodire, gra-
vissimasque & continuas Excel-
lentissimi DOMINI JENC-
KINS, quippe qui ex Legatis Medi-
atoribus aliquandiu solus in loco
fuit, curas atque occupationes,
quibus, ut Literæ, quas à Te pro-
ximè accepi, mihi nunciant, dies-
que noctesque distrahitur, tan-
to conatu interturbare, ipsique
plus etiam negotii dare voluerit,
tanquam Serenissimus Princeps
unus & unicus existeret omnium,
qui in tanto numero acerbissima
hactenus perpesi sunt, cujus ter-
ræ ejusmodi incommodis, quæ in
mediis belli flammis, nullâ ho-
minum providentiâ evitari po-
terant, expositæ fuerint. Debe-
bat

bat
gratâ
quod
mis,
& po
xi me
à Ro
succo
Sere
min
Ord
ritor
illo
torib
reve
vere
fuer
mer
null
con
mil

AD AMICUM.

9

bat potius Augustissimo Regi gratâ mente acceptum referre, quod expeditis terra marique armis, immensis autem sumptibus, & periculis frequentissimis, proximos quosque hostiles impetus à Romano Imperio, tam felici successu amoliri fategerit, ut Serenissimo huic Principi, non minus quàm multis aliis Imperii Ordinibus, unicuique in suis territoriis, securè versari, & toto illo tempore, quo in finibus littoribusque Daniæ internecino reverà bello certatum, bene vivere, bene agere, nunquam non fuerit integrum. Pro quo tanto merito Sacræ Regiæ Majestati nullum obtigisse emolumentum constat, quàm quod interdum militibus suis paucissima ab Im-

As

pe-

10 EPISTOLA II. AMICI

peratore concederentur hiberna, & illa tamen non tam sibi, quam cæteris, per quos ut plurimum impediabantur, proficua.

Sed quum non sufficiat questibus omnia promiscuè implere, & cæco quodam impetu, NON TANTUM AD REPARATIONEM, VERUM ETIAM AD RESTITUTIONEM proclamare, & quidem cum OMNI CAUSA poscere, quodque hinc dedicata opera agi videtur, aliorum Principum potentiam erga Danos asciscere atque implorare, & æquisimum ac benignissimum Regem in summæ severitatis & iniquitatis invidiam, maximâ cum amplificatione traducere, nisi accusationis objectum valdè sit legitimum; sine quaeso, quò vel ipse hinc statuas, paucis

pau
sion
suor
SPIT
inn
JAD
relic
re,
ctun
huj
Del
ad il
effe
stiu
Ver
tium
guis
ad
eran
relic
rent

paucis Tibi recenseam, qua occasione JEVERANÆ DITIONI MILITUM SUORUM ALIQUAM PARTEM AD HOSPITANDUM, Rex Daniæ primùm immittere, & simul TERRAM BUTJADINGENSEM IMPOSITIONIBUS ad reliquorum sustentaculum onerare, omnino coactus fuerit. Factum id, quum ipsi, sub initium hujus belli, in Oldenburgensi & Delmenhorstæ Comitatus suis, ad illorum defensionem, alendus esset peculiaris exercitus, qui hostium, in conterminis Bremensi & Verdensi Ducatibus commorantium copiis, iisdemque non exiguis, opponeretur: verùm quum ad ejus sustentationem quæ opus erant ex dictis Ducatibus petere, reliqui fœderati non permitterent, & ambo hi Comitatus, istis o-

12 EPISTOLA II. AMICI

mnibus suppeditandis, per rerum naturam pares haut essent, fieri aliter non potuit, quin Rex tandem, in hanc, Vicinos suos quoque compellandi, extremam necessitatem deduceretur, licet invitissimè. Quis enim facilè credat, S. R. M. tantæ tamque singularis moderationis Principem, deliberato animo, cujusquam INSONTES SUBDITOS, ut in Memoriali traditur, FATIGARE AC ULTRA VIRES PREMERE constituisse? si quidem etiam, quò testatior sua esset amicitia, quæ sibi cum Serenissimo Principe, qui hoc ipsemet fatetur, hætenus intercessit, adhibitâ ubique in censendis hujus Subditis tam æquali proportionem, ut Regii Subditi vel tantillum ipsis non prævaluerint, & disciplinâ militari

tari
mè
aliã
pos
tem
mo
cen
nen
lon
for
sen
sua
ren
du
rig
cal
po
tul
sta
dic
dis

tari in ditione Jeveranâ exactissimè observatâ, illud in hoc casu aliàs satis consuetum quidvis exposcendi arbitrium, usque adeò temperare studuit, ut de magnis molestiis, aut nimia militum licentiâ, veras afferre querimonias nemo potuerit, quin & Danis longè æquioribus usi sint, quam fortè quosvis alios experti fuissent. Nam vanum erat sibi persuadere, potuisse Principem Serenissimum totam hanc rem, industria sua vel ullo modo, eò dirigere, ut ipse inter publicas hæc calamitates, quibuscum hoc tempore nullo discrimine Tros Rutulusque, ut ita loquar, conflantur, ab omni parte beatus, & ditiones ejus à quibusvis belli dispendiis, item à milite prorsus vacuæ

14 EPISTOLA II. AMICI

vacuæ mansissent, Quumque nihilominus fesso Imperio, cujus est membrum, pro viribus subvenire obligatus fuerit, & nihil quicquam ex quibuscunque tributis in separatos Regis usus sepositum esse, unquam perceperit, non est profectò cur tantoperè doleat, se aliquid communi causæ de suo contulisse, quod ut Rex Daniæ caperet publici boni interfuit, multò minus cur inde quæstionem moveat.

Jam verò Provinciæ Jeveranæ possessionem, tam longa annorum serie à Comitibus Oldenburgicis continuatam, sed Daniæ Regum, qui ab his originem trahunt, auctoritate ac patrocinio præcipue stabilitam & conservatam, si spectes, unde & Comitum

mi
fam
no
tum
fun
niæ
ET
vin
Sta
var
Cu
pos
inh
per
in
SIG
ip
just
SEM
ctu
pri

mitum ultimo, b. m. Regiam
familiam Ducali huic Anhalti-
no-Serveſtanæ, per Testamen-
tum in ſucceſſione ſubſtituere vi-
ſum fuit, cui magis, quàm Regi Da-
niæ hanc fruendi HOSPITATIONUM
ET CONTRIBUTIONUM, dictæ Pro-
vinciæ, uti & ſingulis aliis Imperii
Statibus, impositarum, pærogati-
vam convenire exiſtimabis?
Cui ſemel per actum hunc
poſſeſſorium arreptæ, ut porro
inhæreret, ſequenti anno ſu-
pervenientes, & eum in finem
in Regem collatæ CÆSARIS AS-
SIGNATIONES effecerunt. Et hoc
ipſo, quod prius mera neceſſitas
juſſerat, quam legem temporis
SENECA dixit, ceu quæ navigia ja-
ctu exonerat, ruinis incendia op-
primit, poſtea vim juſti tantò ma-
jorem

16 EPISTOLA II. AMICI

jorem obtinuit. Neque heic ponderis aliquid habet, quod eadem Majestas Cæsarea, hanc ditio-
nem UT FEUDUM BRABANTICUM
(rectius Burgundicum, & sic AB
OMNI IMPERII ONERE, SINE CONTRA-
DICTIONE, NON LIBERUM) in suo
gradu in posterum consideratum
iri, in favorem Principis, qui
illud procul dubio vehementer
etiam atque etiam efflagitavit,
sibimet ipsi, uti apparet, hoc de-
rogando, iterum declaraverit,
quum nihil ad rem faciat, quam-
diu à parte REGIS HISPANIÆ,
(QVOD INPRIMIS FIERI DEBERE, si
non aliunde mihi notum esset,
jam ex hoc Memoriali docerer,)
nulla apparuerit contradictio,
qui tamen nunquam ægre tu-
lit, Episcopum Monasteriensem,
pro

pro
mili
gatu
men
tio,
nimi
dine
per a
tuitu
P
quã
com
DOL
ALL
vole
dem
Dan
gno
nio.
libu
tis

pro compensatione quorundam militum, Danis ibidem surrogatum fuisse, quodque æstivis mensibus aliqua tributorum portio, ne scilicet hiberno tempore nimis aggravescerent, extra ordinem colligeretur, æquo semper animo in hunc usque diem intuitus est.

Porrò Butjadingensis terra, de quâ, quod idem sed cum multis commune fatum subiverit, PROH! DOLOR! maximum exclamatur, ALLODIUM sit nec ne, ut quisque volet credat, donec contrarium demonstretur. Interim in aula Danicâ isto illam titulo non agnosci, nullo indiget testimonio. Quod verò bonis Camera-libus annumerata, ab ingruentis aut flagrantis belli molestiis

im.

IMMUNIS SERVARI debeat, de eo transparent mihi per obscurum conjecturæ quædam, novitium planè esse inventum, quod tantum abest, ut cum IMPERII MORIBUS congruat, ut nusquam aptè in ullis Germaniæ Provinciis ne quidem introduci possit, quoniam hoc exemplo integri Ducatus forent illico Camerales, ideoque extra belli aleam collocati, quæcunque obvenirent onera, sibi, absque hoc esset, unà cum cæteris perferenda, omnino vellent declinare; quò id tandem efficeretur, ut facultates, ad bella gerenda, aut hostes à finibus arcendos, vel maxime necessariæ, quum tempus postulat aut res, vix ac ne vix quidem Imperio suppeterent.

Quæ

Quæ
bè in
ter t
quali
DER
ctis, q
se inf
vis to
esse, o
præd
Olde
& q
tinea
possi
habe

tuum
quer
riali
quã
histo

Quæ quum S. R. M. tas Daniæ probè intelligat, nimis quàm difficulter talia sibi persvaderi patietur; qualia nec puto ex istis Divi FREDERICI TERTII specialibus pactis, quæ in Memoriali citantur, posse inferri. Quin potius Regem quovis tempore & solidè probaturum esse, quod Butjadingensis terra, cum prædictâ Jeveranâ dynastiâ, ad Oldenburgensem Comitatum, & quæ huic connectuntur, pertineat, ita ut inde separari nec possit, nec debeat, exploratum habeo.

Nunc de tertiâ parte reddituum telonii Visurgici succedit querela, quæ & tertium in memoriali occupat locum denique. De quâ omnem Te à me expectare historiam non arbitror, etiam si
tam

20 EPISTOLA II. AMICI

tam multa & varia de hoc solo
argumento quondam in lucem
prodiisse scripta, unde facili ne-
gotio ingens Volumen confice-
retur, unusquisque norit, qui
non nisi vulgari rerum Olden-
burgicarum notitiâ fuerit imbu-
tus. E quibus si Tibi Diploma
Cæsareum, Concessorium quod
adpellatur, videre contigit, sta-
tim cognosces, quod hic simu-
latâ ignorantia quæritur, quâ
ratione totum vectigal Rex Da-
niæ sibi vendicet? Constabit in-
de, quod hoc in Visurgi telo-
nium, ad refundendos, qui ag-
geribus & cataractis reparan-
dis, & contra inundationis ma-
risque æstus præservandis, Pha-
ris etiam & speculis passim per
Flumina construendis, impen-
duntur

dunt
sum
gen
priv
perp
corp
diti
nem
Sed
exce
tis,
tent
pen
bus
init
hoc
Ces
ten
nem
Reg
mif

duntur quotannis incredibiles sumtus, Comitibus Oldenburgensibus sit concessum, tanquam privilegium Comitatus ipsorum perpetuò inhærens, & quasi incorporatum, cujus propterea redditibus, præter ipsos Comites, nemo gaudere vel perfrui possit. Sed nosti hunc Comitatum, ab excessu ultimùm defuncti Comitis, definitivâ Imperatoris Sententiâ, cum omnibus inde dependentibus Regalibus & Juribus, Duci Holsatiæ Pleunensi initiò adjudicatum, deinde ab hoc rursus, per specialem tam Cessionem, quàm omnium prætensionum suarum renunciationem, in Augustissimum Daniæ Regem, ejusque Heredes transmissum esse, atque ex hoc capite

S. R.

22 EPISTOLA II. AMICI

S. R. Majestatem verum & legitimum Oldenburgi Comitem existere, penes quem hodie imperium: qui quum simul & semel onerosa qualibet in se receperit, & illis crescentibus, faciendi continuo sumtus semper unà augeantur, horum autem gratiâ telonium hoc impetratum & constitutum sit, quod ideò juris privati naturam habet, merito quoque omne vestigal, quod hinc percipiendum provenit, altissimè memoratæ Reg. Majestati soli competere, neque ipsi ullam dispositionem in contrarium, vel in favorem tertii, quisquis ille fuerit, fraudi esse debere, nemo mortalium ibit inficias.

Supereſt, ut in quas angustias Serenissimus Anhaltino - Servestanus

nus

nus
pos
jicia
qua
Dan
tius
citū
festi
ciur
que
Prin
jus
rato
LEM
tam
tam
rum
pud
tos
rasq
inte

nus Princeps, hisce intempestivis
postulatis, se nec opinantem con-
jiciat, verbo adjungam. Præter-
quam enim quod Augustissimo
Daniæ Regi, dum in conspectu to-
tius ferè Europæ, ad illum publi-
citus accusandum accessit, mani-
festissimum animi sui fecerit indi-
cium, Sacræ Cæsareæ Majestati quo-
que gratum esse non potest, quod
Princeps Imperii, in notorium hu-
jus præjudicium, neglectâ Impe-
ratoriâ auctoritate, & NEUTRA-
LEM se perhibendo, causam suam,
tam dubiam etiamnum & incer-
tam, Extraneis commendet, ac fo-
rumcompetens subterfugiat. Et a-
pud Excellentissimos DNOS. Lega-
tos Mediatore, qui certè, ubi ple-
rasque has rixas purè forenses esse
intellexerint, nec istam cum Pacifi-
catione

24 EPISTOLA II. AMICI &c.

catione cohærentiam habere, ut
quod tam enixè petitur, in illius ta-
bular, Deo juvante erigendas, se-
dulò referantur, re maturiùs ex-
pensâ, minimè sese iis immiscere
volent, quantum etiam moveat
parùm promovebit, nec tantùm
quod dici solet, operam, sed & ole-
um perdet. Regi contra, si Sere-
nissimus Princeps jure cum illo ex-
periri malit, bonam suam causam
testatam cunctis & probatam red-
dere, nunquam erit difficile. Bene-
feliciterque Vale, & communes
nostros Amicos, ubi dabitur occa-
sio, meo nomine saluta. Dab. Lu-
becæ, ipfis Kalendis Februar.
A. O. R. 1679.

Sequi-

Sequitur

MEMORIALE

per

JOH. SCHUDER,

Nomine Serenissimi Anhaltino-Serveſtani Principis, Excellentiſſimis DOMINIS Legatis Mediatoribus inſinuatum, contra Danos.

ILLUSTRISSIMI ET EXCELLENTISSIMI DOMINI LEGATI MEDIATORES.



Xcellentiaē Vestræ optimè adhuc recordabuntur, quàm amicitè & enixè Serenissimus Princeps Anhaltino-Serveſtanus ipſas nuperà quada-
B dam

dam Epistolâ interpellavit & petiit, Mediatoria sua humanitatis studia in id impendere ne gravarentur, quò noxa à milite Danico, occasione horum motuum, in Dynastia Jeverana, & allodiali Butjadingensi terrâ, immeritò illata, non tantùm reparetur, verùm etiam tertia pars reddituum vectigalis Visurgici Serenissimæ Domui Anhaltino-Servestanæ indubitatè equidem competentis, sed à Regiæ Suæ Majestatis Daniæ Ministris diu intercepta, restituatur. Liceat pace Excellentiarum Vestrarum horum postulatorum æquitatem aliquantò clariùs, prout ratio efflagitare videtur, hoc Memoriali submissè exponere atque eruere.

¶ Dicitio Jeverana notoriè est feudum

feudum Brabantiaë foemininum,
 & sic ab omni onere collectandi
 in Imperio sine contradictione
 francum & liberum, cujus pos-
 sessionem Serenissimi Principes
 Anhalino-Seruestani, ceu proxi-
 mi Successores feudales, fidei-
 commissi jure æquè ac virtute
 Testamenti ab ultimo Comite
 Oldenburgico p. m. solenniter
 confecti, satis quietè, & ap-
 probante adhuc **FRIDERICO**
TERTIO piissimæ memoriæ
 Rege Daniaë & Norvegiaë acce-
 perant, ejusque fruitione absque
 omni impetitione gavisi sunt.
 Usque dum Regia Sua Majestas
 Danica, cum quâ nisi amicitia
 vinculum nihil intercedebat,
 exercitus sui partem nullo Im-
 peratoris, & quod imprimis fieri

debuisset, Regis Hispaniæ con-
 sensu, munitam itidem, Anno
 1675. gravibus infantum Sub-
 ditorum sumtibus hospitari &
 hybernare iussit. Non præter-
 eundum equidem, Sacram Cæ-
 saream Majestatem Anno 1676.
 Regi Daniæ Domini Jeverani
 hyberna assignasse, verum simul
 ac ea contra intentionem ad æ-
 stiva quoque protracta, & in
 Episcopum Monasteriensem p.
 m. translata fuerunt, Rescriptis
 iteratis generosissime declarasse,
 Sibi hæc omnia displicere, seque
 dictam ditionem ut feudum Bra-
 banticum nemini imposterum
 hospitaliones concessuram. Hoc
 tamen non obstante, miles Da-
 nicus, & substitutus Monaste-
 riensis, non destitit Subditos
 ingenti

ing
 tige
 me
 I
 DO
 din
 ren
 Ser
 illa
 tali
 bus
 Do
 cu
 fue
 res
 bon
 tra
 tis
 re,
 bea
 T

ingenti contributionis onere fatigare ac ultra vires ferè premerè.

Idem fatum II. subivit (PROH!
DOLOR!) terra allodialis Butjadingensis, jure hereditario ad Serenissimam Domum Anhaltino-Servestanam devoluta, siquidem illa à copiis Daniae militaribus talibus enervata est impositionibus, ut Serenissimæ Principis Domui aliquot annos præter vacuum vix quicquam relictum fuerit. Cùm tamen Imperii mores ferant, territoria, præcipuè bona Cameralia Principis Neutralis, ab ingruentis aut flagrantis belli molestiis immunia debere, ut, unde honestè subsistat, habeat. Ne dicam FRIDERICUM
TERTIUM piissimæ memoriæ
B) Regem

Regem Danicæ & Norvegiæ,
hujus terræ, quæ bonis Camera-
libus annumeratur, ejusque
jurium ac libertatis manutenen-
tiam specialibus pactis, Anno
1659. & 1664. laudatissimè pro-
misisse.

Quod Ill. denique quàm ma-
ximè affligit, Regiæ suæ Majestatis
Danicæ Ministri, Oldenburgi
residentes, Serenissimo Principi
tertiam partem reddituum telonii Vi-
sburgici, quam per Codicillum
Oldenburgici Testamenti legiti-
mè acquisiverat, & hætenus
tranquillè perceperat, Anno
1676. interdixerunt, ipsiusque
Receptorem de officio & facult-
tate colligendi tales proventus,
penitus dimoverunt, toto vesti-
gali, quâ ratione, latet, Regi
Danicæ

Dan
quis
Alti
sed
exu
C
quib
halt
non
auri
C
jus
lum
que
spic
Brit
hoc
Alti
riæ
rog
tes

Daniae duntaxat vindicato. Ec-
quis dubitat hoc annisu suam
Altitudinem non tantum fructu,
sed & quasi possessione reddituum
exui?

Certè prædicta omnia damna
quibus Serenissima Domus An-
haltino-Serveftana est affecta,
non levia sunt, sed duas tonnas
auri Imperialis excedunt.

Quandoquidem autem ipsum
jus fasque suggerit, ut quod bel-
lum turbavit, pax refarciat, eo-
que Vestræ Excellentia sub au-
spiciis Regiæ Suæ Majestatis M.
Britannæ omnem præclaram
hoc in loco navant operam, Sua
Altitudo se ad ipsas, pro mate-
riæ cohærentiâ recepit, obnixè
rogans, ut suas singulares virtu-
tes, & æquitatis officia, sic effi-

caciter interponere ne dedignen-
 tur, quo à Coroná Danicâ Sere-
 nissimæ Domui Anhaltino - Ser-
 vestanæ, pro tot ac tantis de-
 trimentis in Dynastia Jeverana,
 terræ Butjadingensis & telonii
 Visurgici redituum interce-
 ptione immerenter contractis,
 juxta tenorem Testamenti Ol-
 denburgici, atque transactiones
 Rensburgensem de Anno 1649.
 & Oldenburgenses de Annis
 1653. & 1669. currentis secu-
 li, cum omni causa, reparatio
 obtingat; idque in tabulas Paci-
 ficationis, juvante DEO eri-
 gendæ, sedulò referatur. Sua
 Altitudo, quàm qui maximè
 confidit, Excellencias Vestras
 hæc desideria pro sua prudentia,
 & justitia eò minus abnuturas es-
 se,

te, quò gratiosius Regia sua Ma-
esttas Britannia Serenissimum
Principem de optato successu spe-
rare fecit. Neomagi die 22. De-
cembri 1678.

Terent. Phorm. IV. 4. vers. 19.

Nihil est, Antipho, quin
malè
narrando possit deprava-
rier,

en-
ere-
Ser-
de-
a,
onni
rce-
tis,
Ol-
nes
49.
nis
cu-
atio
aci-
eri-
ua,
mè
tras
a,
ef-
se,



ERRATA.

in priore Epistola.

In Titulo leg. Legationi p. 4. v.
14. reconciliationem, pro ad leg.
sed p. 12. v. 7. refranarent, p. 18. v. 8.
obganniant, p. 19. v. 16. post habeo,
inseratur qui v. 18. functus p. 20.
v. 5. tulatur. v. 13. corroborata, p. 23.
v. 17. quid p. 28. v. 15. memoratam
p. 36. v. 9. infima, p. 39. v. 12. vendi,
ut sua quisque p. 44. v. 10. tam.

nci-
ua
iori
fu-
re

9a

le

o

m

Xb 466

ULB Halle


3

004 654 579



rest. CHM 14.5.65

V317



L
Exc
tis
D
Me
A

